UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ad Georgiu[m] inclytum || Saxoniae duce[m]. Principe[m] illustrissimu[m] [et]ʹc Ioannis Tuberini Erythropolitani Musithias de Caelitibus, & || sacris Historijs in Musas nouem digesta. adiecto ...

Tuberinus, Johannes

Lipsica, 1514

VD16 VD16 B 2371

Simon & Iudas, Sym.xi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-99075

Visual Library

THALIAE.

Candor Apostolici cœtus, Oracula Christi
Sancta tui scribens domini, placidiq; Magistri,
Da prece regna Dei conscendere te venerantes.

MONOSTICHON SIMONIS ET IVDAE SYMPHONIAE VNDECIMAE.

Vndecima Persæ cædunt Iudam atq; Simona.

IN SIMONEM ET IVDAM SYMPHONIAM VNDECIMAM ARGVMENTVM FERTILIVS.

Irigit in Syriam gressum dicturus Iudas,
Christum, Tigris & Euphratis post pergit ad oram.
Post lustrat Pontum, Memphitica regna Simoni
Visuntur, coeunt Pharetrata Perside tandem.
Confutantq; Magos, predicunt atq; futura.
Miraclis fulgent, faciunt simulachra Deorum.
Labier ad terram, Aethiopes prodiregq; nigros.
Pontificum tandem liuore necantur edaci.

ALIVD ET SOLVTVM.

Iudas siue Thatæus Simonis frater, Alphei & Mariæ Cleophæ filius Christo a terra in altra excepto principio in Syria, Posthac in Mesopotamia, & Ponto, Simon in Aegypto, Christianæ religionis incremento consulunt. Tandem in Perside coeunt. Incantatores duos Zaraen & Arphasathē confutant. Belli exitum fœlicem citra cōflictum Baradacho duci Xerxis Regis Babilonij prædicunt. Quumq; multis aliisquoq; miraculis claruissent, Deorum simulachris ex alto ad ima præcipitatis, a templi pontificibus seditione coorta opprimuntur. quibus oppressis fulmine in tres partes templū finditur, Magorumq; corpora in carbones abeunt. Sanctorum vero Babylone alto Sarcophago condūntur.

SIMON ET IVDAS SIVE LEBBEVS QVI COGNOMINATVS EST THADDAEVS SYMPHONIA VNDECIMA.

Na tenebrosi duo nunc clarissima mundi
V Lumina cantabit simili Symphonia plectro,
Hebreæ sobolem gentis Iudam, atq; Simonã.
Vnanimi fuerant q̃ fratrum sanguine iuncti,
Vna Christigenæ peragant q̃ et orgia luce
Ipsorum, q̃ et vna dies certamen ad acre
Miserit, atq; illos vita spoliauerit oris
Vnis, Pontifices per eosdem pectore sæuo,
(Desine Tyndaridos mirari Græcia fratres,
Atridasq; tuos, vos Martigenasq; Quirites,
Iampridem Stygij certissima pignora Patris.
Lauda age nobiscum duo propugnacula veræ
Relligionis. et erroris duo fulmina, capta
Quo gens prisca fuit pellaci Dæmone lusa.
Lauda age nobiscum nitidi duo sidera Olympi,
Progeniem geminam superi certamq; Parentis)
Vos precor o Proceres, canimus quando ampla tropæa
Vestra, fauete orsis ingentibus, este benigni,
Este duces placidi nostris modo cursibus, immo
Vestris, concentus quia vobis pangimus istos.
Coniugis Alphei Mariæ sata sanguine Sancto
Vtraq; progenies, Germana Iacobi, et Iose,
Post abitum Christi, superas quo scanderat arces,
Terrarum varijs primo discreta erat oris
Finibus hinc ijsdem magni conuenerat orbis.
Deiugo principio quare illam, coniugo deinceps.
Est vero primum nobis cantandus Iudas.
Rex erat in Syria, cui pallida viscera morbus
Fecerat exanguis, nil artes posse Medentum
Qui postq̃ vidit, miracula grandia Christi
Accipiens, tum Terrigenis cælestia dicta
Præbentis late Solymas per, et Assyriorum
Climata, ad hunc dat, opem medicam, rogitantia scripta

Ipsius atq; aditum, testantia denicq; prolem
Esse dei veram, cui sic respondet Iesus,
O vere fœlix Rex qui mihi Numen inesse
Credideris, qui in me fixisti lumina nunq;.
Nam de me scriptum est, cernentes lumine nullo
Me, credent, refragabuntur meq; tuentes.
At q; me gestis tua limina visere morbum
Expugnaturum, non est mihi copia crede
Iam te visendi, nam munera obire necessum est
Omnia, quæ propter sum mundi missus in oras,
Talibus exactis mittentem visere tandem
Possim iterum, quem dum repetam summa ætheris arce,
Te tunc visurum transmittam discipulorum
Vnum, qui morbo te Rex sanabit ab omni.
Rex tum perpetuus Regi dedit illa caduco.
Post, vt Olympiacum Christus penetrasset ad axem
Ad Regem dictum Thomas præmisit Iudam
Veridici ad Christi rata promissa, aspiciebat
Rex tum in Apostolico lumen mirabile vultu
Irradiare, instar Phœbea lampadis auræ.
Conjiciens ergo hunc quem Christus dixerat esse
Olim mittendum, sic clamat gutture hiulco,
Vero Discipulum te talia signa Tonante
Esse docent nati Christi, quem mittere nuper
Est mihi pollicitus, Fidei mysteria cuncta
Mox credensq; pius, depuratur maculosa
Lepra, testantur mea dicta volumina sacra.
Adde q; oblatum pius aurum spreuerit vltro
Vocibus his sallis, si nostra religuimus olim
Quomodo fortunas capiemus recte aliorum?
Post capit hunc Regio, mediam duo flumina cludunt.
Flumina, quæ cursu superant non vlla citato
Tigris et Euphrates, eadem quis manat origo

De Paradisiaci precelso colle vireti.
Tigrim etenim illa tenet Phæbi nascentis ad ortus
Partibus occiduis Euphratem, te Babylona
Axe sed a medio, primas quondam orbis habenas.
Dehinc Pontum lustrat, flammato mulcet & ore
Indomitas gētes. pandit secretaq; cæli,
Quaq; fidem sola gressum illi inferre valerent
Almam, tartarei vitare Acherontis & vndas.
(Scripsit epistolium) Memphitica regna Simoni
Visuntur, docet hæc Fidei mysteria veræ.
Vrbe pharetratæ coeunt in Persidos illi
Secreti, quam obeūt montes, opibus cumulatam.
Artibus affectos magicis binos, facientes
Horrida monstra, viros tibi dux Matthæe repulsos
Oris Aethiopum, offendūt regionibus istis.
Hic Regis tenuit qui Dux Babylonis habenas
Horrisonum immanes bellum instructurus in Indos
Cōsulit euētum quem res sit tādem habitura
Nequicq̄ Diuos, quærēs responsa nec vlla
Accipit, ergo alio pergit. cōfinia visit
Mœnia, fana petit, sua quærit numina nullas
Edāt quur voces? audit geminosq; recēteis
Aduenisse viros, ob quos sua cōticuissent
Numina. tum adductos Proceres tali excipit ore,
Dicite quæ terræ dederint primordia vite?
Et qua sorte Viri sitis, quoq; ordine, causa
Quæ vos Persarum nostris inuexerit oris?
Talia quærēti dantur respōsa ab Iuda.
Gente Palestina creti Dux inclyte, rerum
Sorte sumus tenui, nec em̄ peritura per orbem.
Quærimus ancipitem. æternum qui nō ruitura
Mūera siderea certa expectamus in arce.
Addixit seruos sibi nos Domiator Olympi

Christus supremus regum, magni illa Tonantis
Omnigenum Domini rerum certissima Proles.
Illius iussis Legati venimus oras
Persidis in vestras, veri quo numinis aras
Ponamus festas, doceamus et Orgia vera,
Indigenas longo miserati errore sepultos.
Vt quum pallenti concedant corpora fato,
Mœnia læta poli, superum et consortia blanda
Spiritus inuisat, sic Nuncius. ille profatur
Excipient reducem me dum tandem mea tecta,
Tum vestras voces dignabimur auribus omnes
Nostris. quem placida sic voce secutus Iudas.
Par est ante abitum noscas hūc, vincere possis
Cuius suppetijs, & debellare rebelles,
Reddere pacatos auicto fœdere sæuos.
Ille iterum, vt video plus dijs virtute valetis
Ipsis, quare agedum belli prędicite sortem.
Sanctus &, vt possis mendacia Numina nosse,
Ad quæsita istis liceat responsa referre,
Exitus vt rerum doceat mendacia vana
Tunc hæc ex adyto phanatica dicta Sacerdos
Depromit, stimulis calido sub pectore versis.
Grandia terrifici surgent certamina Martis
Occumbet numero nō enarrabile vulgus.
Subrisere viri accipientes talia dicta.
Quos Dux increpitans, terrent responsa ait illa
Me Vatis, risu vos soluitis ora procaci
Parce metu, ille refert, en aurea mūera pacis
Tranquillæ attulimus nobiscum. crastina postęp
Orbem lustrabit lampas phœbea, sub horam
Ternam, longinquis Indi regionibus ipsi
Ad te Legatos pacato pectore mittent.
Orantes veniam, se sceptro subijcientes

Atq; tui Regis. naſo criſpante cachinnos
Pontifices ĝeminãt tremulos, Dux, vocibus altis
Clamãtes, ne crede viris. latet abditus iſtis
Dictis (crede) dolus, te incautum quo opprimat hoſtis.
Nũcius, haud menſis Dux expectãdus, at vnus
Titanis curſus, citra omnem victor abibis
Sanguinis & ſtillam, modo poſtera tempora ſerua,
Tum, iubet vt Princeps, arcet cuſtodia Diuum
Pontifices, pariter Sanctos. quo veridicorum,
Munere donentur prudentia pectora digno,
Os vero nugax det pœnas. craſtina poſtq;
Lux radios fudit rerum ipſa euenta probabant
Sanctorum voces veras. dux percitus ira
Quare Pontifices medios ieciſſet in igneis,
Falſidicam & vatem, niſi Fratres Principis iram,
Ac animi ardorem mulſiſſent voce benigna.
Tum dux miratus Procerum mitiſſima corda
His dare Põtificum bona, quæ Rhamnuſia verſat,
Vult, aſt hi ſpernũt fortunæ dona caduca
Mancæ expectãtes cæli arce perennia ſumma.
Ergo hos ad Regem ducit, quem nomine dicũt
Hiſtoriæ ſacræ Xerxẽ, dans talia dicta,
Rex illi humano celant ſub pectore Numen
Proſpexere etenim bellum ſine ſanguine noſtrum
Ponendum, ſceptroq; tuo ſe ſubĩciendos
Luctantes Indos, cũctarum euentaq; rerum.
At cõtra aſtantes Hecateia carmina bini
Per docti blaterant mendacia dicere Sanctos,
Req; probare ipſa conãtes, Cauſidicorum
Eloquium penitus prẽſtringunt blatiferorum.
Vſq; adeo vt nutu nihil ipſo ſignificare
Tunc etiam poſſent, iterum dehinc vincula linguæ
Luxantes, adimunt toto de corpore motum,

Mox reddūnt demptum. faciunt nil cernere apertis
Posthac luminibus, quos Dux miseratus, ad ipsos
Ducebat Proceres, laxabant membra ligata hi
Cantibus Aemoniis, magici rituscꝫ capistris.
Quos tandem Sancti doctos tua Numina Christe,
Et cruce Christifera lęui sub fronte notatos
Incolumes faciunt vegetatis sensibus vti,
Nec posthac posse istorum irretirier astu.
Congressum regis reduci pede moxcꝫ petentes
Illi, monstra virum, portentacꝫ Thessala rident.
Isti irarum omnes effundūt pectore habenas,
Telluremcꝫ implent vacuam serpentibus atris.
Pallia sed tendunt Proceres, tollūtcꝫ Colubros
Inĩciuntcꝫ Magis. tali cum voce, Tonantis
Nomie prẽcipimus magni, ne incommoda vitæ
Afferre vlla viris nitantur vestra venena.
Morsibus est istos fligendi oblata potestas.
At miti Proceres miserati pectore voces
Luctisonas, iterum dāt angui iussa voraci,
Iam satis est, cohibe morsus, linguamcꝫ bisulcam.
Si quod forte etiam infudisti vipera virus
Elice, deinde procul tacitis te cõde tenebris.
Paret Echidna oĩs, Procerum nec iussa moratur.
Noxius extrahitur succus, sensere dolores
Maiores læsi, pœne q̃ tempore primæ
Nigra aconita magis mordax infudit vt anguis.
Tertius vt Phœbus rutilo surgebat eoo
Ieiunos, sæuis actoscꝫ doloribus, ire
Sanatos iussere pĩ, dape vescier atcꝫ.
Et facere ad libitum, cꝫ libera pectora Christus
Deligat, isti abeunt dura ta mente, monẽtes
Ingrati in placidos te totam Persida ferme.
Principis hic soboles illustris passa viriles

Tactus, progeniem gignit, quæsita legentem
Christi oraclorum, stupri authoremq; ait esse.
Ardet vterq; parens quare, conatur & illum
Percitus ira acri, crudeli absumere Fato.
Ecce sed aduenium Sancti, innocuumq; Magistri
Discipulum seruant, quærentes tempora partus.
Quæ discunt postq;, statuunt Puerumq;, Virumq;
In medium (populi circustat densa caterua)
Post his Infantem dictis compellat Iudas,
Te puer adiuro Christi per nomina, dicas
Sit ne tibi iste Pater (tensoq; reum indice monstrat)
Cui sic quærenti (dictu mirabile) voce
Respondet tali, mundo paulo editus ante,
Vir pius, & iustus non vlla labe notatus
Ille est cõcubitus, cæco nec captus amore.
Vt vero prolis temeratæ instare parẽtes
Fratribus, authorem probri puer ederet ipsum,
Illi se innocuos debere absoluere fantur,
Prodere sed minime cõmissa piacla nocentum.
Multa alia illorum precibus miracula fiunt.
Mansuescit duplex Tigris rapidissima blande,
Seq; homini sociat, non vllumq; ore lacessit,
Ortu phœbeo, sua sed spelæa reuisit
Dum fugiens Titan stagna in Tartessia tendit.
Terq;, quaterq; Deum cultorum milia dena
Amplius amne salutifero sunt gurgite lota pienter
(Plurima conticeo te fœmina, te puerilis
Cœtus) Rex simul ipse. & Cõiux, Filius atq;
Terga ferũt diuis, Christi venerantur & aras,
Multa Panomphæo surgunt sacra templa Tonanti
Succrescit de sorte Dei numeroslaq; turba.
In Babylone manent Proceres, dum circuit arcum
Sol semel obliquum, Phœbeq; retexuit orbem,

Ter plenum tenuata, docent tua numina Christe.
At magicos docti cãtus tua mœnia Sannir
Prædicti ſubeũt, quis terq; quaterq; Deorum
Põtifices denos animãt cõtra venerãdos
Vẽturos Proceres, vt eos ad ſacra Deorum
Compellãt. aut extinguãt per mille labores.
Et iam luſtrata Fratres, tota regione
Mœnia dicta petũt, rabidam captiq; trahũtur
Per Plebem, per Pontifices, delubra ſub alta
Latonæ ſobolis geminæ, tum vociferãtis,
Dira in me Proceres iaciũt incẽdia ſancti.
Ecce ſed æthereo delapſus nũcius orbe
Talibus affatur Sanctos, ipſe author Olympi
Aſtrorum mittit me vobis vertice ſummo
Ipſe hæc atq; iubet vobis mãdata referre.
Eligitæ alterutrum, preſentis fata cateruæ
Aut ſubita in templo, vitæ aut incommoda veſtræ,
Martyrij aſtrifera capturi ſede coronam.
Nũcius hæc, cupiũt hi cõrpora tradere leto.
Et per martyriũ cõſcẽdere regna Tonãtis.
Aliger abſcedẽs vacuis ſe cõdidit auris.
Tum monitis Procerum facta alta ſilẽtia poſtq;
Sunt, hæc iuſſa Deis dat falſis magnus Iudas.
Præcipimus vobis veri virtute Tonãtis
Numina falſa Deum ſimulachra infringere veſtra.
Et vos ſpectãti denſæ monſtrare cateruæ.
Vix hæc ediderat Chriſti ſpectabilis Heros,
Quum ſtatuæ a ſummo æratæ cecidere Deorum
Subiectam ad terram, Aethiopes prodiregq; nigros
Aſpexit populus binos, vlulatibus ædem
Cõplẽtes totam, triſteſq; ſubinde migrãtes,
Talia Pontifices nõ æqua mẽte tulere.
Nec mora ſpectatorũ ſeditione coorta

Oppreſſere viros violenta morte pientes,
Ecce autem ipſa hora cecidit qua iuſta propago,
Vibratum inſonuit ſubitò cum fulgure fulmen.
Scindit & in partes treis ſumma cacumina templi.
Soluunturq; Magi in carbones fulminis ictu.
Corpora Sanctorum trãſlata ad Mœnia Regis
Aede ſub excelſa ſtructa, conduntur in alto
Sarcophago, mole immani, pariſq; colũnis.
Vos precor o Proceres magici duo fulmina tetus,
Et Fidei noſtræ duo propugnacula ſanctæ
Nos prece belligeros date veſtra vincere Manes.

MATTHIAE SYM. XII. MONOSTICHON.

Biſſena Hebræis Donatus tollitur oris.

IN MATTHIAM SYMPHONIAM .XII.

ARGVMENTVM COPIOSIVS.

Onatus ſacris Bethlemi mœnibus ortus
d Naſcenti Chriſto, turbæ in ſocium duodenæ
Sorte electus, abit Macedum regionis in oras.
Furua aconita bibit, captos illuſtrat ocellis.
Carceris horriferi vacuis intruditur vmbris.
Carcere at egreditur ſupera virtute pateti.
Gentis Idumææ colluſtrat mœnia deinde.
Obruitur ſaxis, cerebro accipit atq; ſecurim.

ALIVD ET LIBERVM.

Matthias latine Donatus dominicã ſecũdum aſcẽſionem Iudæ Chriſti, pditoris loco ſorte ab Apoſtolis miſſa ſuccedens, Macedoniam Chriſti nomẽ pfeſſurus petit. venena citra offenſiunculã ebibit. Viros quinquagita & ducẽtos oculis captos noxio delibato luco lũinat. vni⁹ Dei cultũ indigenas pdocet. Ceterũ numinũ etnicę ſuperſtitiõis ſpretor, q̃rimõia Iuppĩt exacerbat⁹. Alecto furiã mittit quę populũ Macedonicũ furore, et rabie afficit, ab illoq; Apoſtolũ capi. i carcerẽq; cõjectari facit. Ille Chriſti ſuppetiis aſſert⁹ Macedonia excedẽs. Iudæam ingreditur. Vbi poſt multa factitata ſupera virtute miracula Stygiis furoribus populo agitato cõprehẽditur, ſaxis obruit, ſecuri denicq; cerebro inflicta opprimit.